



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Maurittii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe Condita Ad Reductam

Gudenus, Johann Moritz von

Erfurti, 1675

IX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11903

um eo usque occupat, ut Senatum etiam invitum in officio continere posset. Variatum † in discursibus, unde moles incredibilis æris alieni Civitatem obruisset? crimini peculatûs communiter, sed & aliis imputatum: Saxoniam protectionem plus centenis quinquaginta millibus aureis stetit. Urbem Ducibus vectigalem factam, dum singulis annis mille quingenti penduntur. In Novesianam expeditionem superba prodigalitate quater centena millia aureorum insumpta. Schisma Dietherum inter & Adolphum, lites cum Sede Moguntina, Sequestrum præcipuè, subsecutosque tractatus, munimenta urbis & arcis, ac ob hæc Romanas legationes, immensam auri argenti-que summam hausisse.

Obtentis armis † rationes iterum urgentur: interim ii, quos malèactorum memoria premebat, † Saxonibus necessitates suas aperiunt, qui consilium & opem pollicentur: his promissis ineremis Senatus ferâ audaciâ intumuit, cumque moram interpellaret populus, & rationes iteratò peteret, † earum editionem electis negat: *nova esse plebis desideria, nec minus injusta: Senatum successoribus suis in Curia, non pulpulo ad ratiocinia teneri, hæc majorum instituta, hæc leges, sanctas civibus, & quæ non nisi à rebellibus impugnentur.* Obitupefcunt ad repulsam electi, iterumque rationes urgent: vanam renitentiam fore, arma & custodi-

M

am

Vnde Civitastatâ æris alieni summam contraxerit?

IX.

Urgetur rationum editio.

Malè sibi conscii Saxonones invocant.

edere rationes renitentiam

am urbis in manu populi esse, inermis curia num ausit negare, quod armata promiserit? vellet, nollet Senatus, perinde

Hinc populus concitatur. rationes reddi debere. † Auxit communitatis furorem inverfa fides. Mox ad illam à Saxonibus † literæ veniunt: audi-

Saxonum litteræ ad communitatem. visse Duces, populum, & Senatum Erfurtensem sic civili dissidere, rogare se cives, ne superioribus obsequiamur, quia detrectarent, concordiam salvam Remp. fore, conciliam, si civilis ordinatio per seditiones concutitur.

Communitatis Responsum.

Obtentis literis facile collegerunt cives, aliquos de Senatu Principes invocasse, ast illi per extorsionem armorum hoc periculum jam prævenerant. Responsum † Ducibus; non sibi cum Senatu, sed paucis, qui rariorum expilarint, rem esse, nec aliud exigere, quam ut iustitiam edant, quorum bona administrant: æqua hæc postulata omni jure probari, de cætero Duces pro cura, & amore, quo vicinam urbem prosequuntur, gratias haberent.

X.

Populus Erfurtensis ad Moguntinam recurrit.

Post hæc † electi cum tribunis opificum de majori potestate sibi prospiciendum esse, plebi proponunt, nec ad alium recurri posse vel debere, quam ad Dominum suum, Archiepiscopum Electorem, & Sedem Moguntinam, hanc esse Erfordiam matrem, à qua in adversis consilium & opem semper acceperit, augere annales fiduciam, quod pro concutiente Senatu contra plebem nunquam steterit, cives autem adversus injurias & dominatum Curiam perpetuò defenderit. Mittendos ergo propediem Moguntiam, qui rei